l. ij. iij. iiij. ꝛ v de leg. ij. Si vero eſt vnum tantum debitum, ꝛ tunc
aut pars debiti eſt liquida, ꝛ pars non, ꝛ tunc cogitur creditor
recipere particularē ſolutionē, dummodo pars illa tota offe-
d ratur, vt hic, ꝛ hoc cauſa minuandarum litium. Aut totum d de
bitum eſt liquidum, ꝛ non admittitur particularis ſolutio, vt
hic, ꝛ j. de vſur. l. tutor. §. Lucius. Fallit in l. cum heres. §. itē ſi
decem. j. de ſtatulib. ꝛ hoc fauore libertatis. Itē fallit C. de coll.
e fun. patri. l. placuit. fauore eorum qui ad tributa e ſoluēda tenē-
4 tur. Quero † quid econtra, ſi creditor, qui tenetur recipere cē
f tū, vult petere tantū f decē: debitor vult qđ agat ad integra cen-
g tum, an creditor debeat compelli ad hoc: ꝛ an cogatur g tota cē-
tum recipere: videtur quod ſic, ne cauſe continentia diuidatur.
C. de indic. l. nulli ꝛ l. j. ſ. de qui. re. ad eund. iudi. ea. facit l. ſi idē
cum eo. ſ. de iuriſdi. om. iud. ꝛ l. cum quedam puella. eod. titu. ꝛ
5 ibi forte dicam. ¶ Quero quomodo † cogatur creditor accipe
re debitū, cū in inuitum beneficium non conferatur, vt j. de reg.
iur. l. inuito. Reſpon. quod illa pecunia poterit offerri, ꝛ po-
ſtea peribit periculo creditoris, l. qui decem. in princip. j. de ſo-
lu. Ita dicit glo. ꝛ bene.

### ADDITIONES.

a Partem. Adde quod hic probatur, quod ſi quis in libello pe-
tat decem, ꝛ probat de quinque debet reus in illis condemnari,
ꝛ ab aliīs abſolui ſecundum Pau. de Caſt. hic allegando no. per
Cy. in l. vnica. C. de lit. conteſta. no. Bal in l. qui vas. in princi-
pio. j. de furtis. Canoni. in c. j. de litis conteſtat. Tu adde Bald.
conſi. cclxx. lib. iiij.
b ¶ Dirimere. Adde poſt Alex. inquantum cōcludit poſt Pau.
de Caſt. quod cauſa ſuadente iudex poteſt cogere partes ad cō-
promittendum, arg. l. equiſſimum. quod idem voluit Bal. conſi.
cxxvij. in c. dominantibus. lib. iij. vbi etiam, dicit φ ille in quem
cōpromiſſuz eſt, ſi timet ſcandalum oriri, poteſt ex abrupto pro
nuntiare ꝛ eadē die, quia omnia tolerant̃ propter publicam vti
litatem, ꝛ ille qui fallit ne fallatur, vtitur prudentia, non calum-
nia. vt l. fi. C. de pond. ꝛ auri. ꝛ l. cum pater. §. Titio. de leg. ij.
c ¶ Plura debita. Sed qđ ſi vnum eſt principale, aliud acceſſo-
rium vt ſortis, ꝛ vſure, an vnū poteſt ſolui ſine alio: Alb. de Roſ.
hic tenet φ non per d. l. tutor. §. Lucius. idez tenet Sal. in l. j. C.
de ſolu. ſequitur Alex. qui alleg. φ no gl. in l. vſuras. in fin. C. de
vſuris. Bal. in l. ſed ꝛ ſi alia. j. de conſti. pec. ꝛ l. acceptaz. in xviij.
q. C. de vſur. ꝛ in l. ſi traditio. in vj. q. de act. emp.
d POMA. ¶ Aut totum. Uide Alex. l. ſi mihi ꝛ tibi. de leg. j.
e ¶ Tributa. Adde ſecundum Bal. hic non idez eſſe in collectis.
f ¶ Petere tantum. Adde tu, ꝛ vide de hoc per eundem Bart.
in l. in commodato. §. duabus. j. commo. Alexand. de Imo. in l. cū
quedam puella. ſ. de iuriſd. omni. iudi. §. fin. ꝛ in l. ſcire debem9.
j. de verb. obli. late per Maria. in c. dilecti. arg. xxix. q. iij. ver. cir
ca tertium. extra de libel. oblat.
g P. PAV. P. ¶ An cogatur. Limita vt p Cepol. cautel. cxlvj. ad fi.
ꝛ cautel. cclvij. ꝛ vide aliqua pulchra in iſta materia p Aret. in
l. ij §. ꝛ literarum. j. de verb. obl. in l. j. de acqui. here. in l. ſi mihi ꝛ
tibi. in prin.

### LEX XXI I.

1 ☞ Eſtimatio vini debiti a quo tpe incipiat creſcere, an a tēpo-
re more, vel tēpore litis cōteſta. vel contractus. nu. 4. de tēpore
conteſtationis litis, nu. 5. de tempore ſententie, num. 6.
2 Argumentum de tempore ad locum, ꝛ econuerſo bonum eſt.
3 Quod, eſt relatiuum ſubſtantie.
8 Eſtimatio rei quando debetur iure actionis inſpicitur tempus
contractus, nec vltra creſcit. ꝛ num. 13.
9 Eſtimatio rei, ſi debetur officio iudicis, ꝛ mora ſit cōtracta tē-
pore celebrati contractus promiſſionis ſeu obligationis, atten
ditur tempus contractus.
10 Mora ſi non fuit contracta tempore contractus, ꝛ preceſſit li-
tis conteſtatio, inſpicitur tempus more, ſi non preceſſit, inſpici-
tur litis conteſtatio. nume. 11.
12 Sententie tempus in eſtimatione, que ſit per iuramentum in li-
tem inſpicitur.
14 Iudex non condemnat in alio, quam ſit petitum, niſi ex cauſa ne-
ceſſitatis. num. 6.
15 Ad eſtimationem deuenitur per officium iudicis in obligatio-
ne dandi. num. 18.
17 Libellus in materia huius legis quomodo formetur.
18 Arbitrariīs in actionibus feruntur due ſententie.

a V Inum. a Iſta eſt famoſa lex ꝛ bona, ꝛ repe-
tētes recitāt hic materiā, q̄ ponitur
per glo. in l. in hac. de triticar. Ego autem contextus
ſolum examinare, q̄ hic ponuntur per glo. materiam
autem plenius dicam. d. l. in hac. vbi glo. ponit, ꝛ habent. Eſti
1 matio † vini debiti incipit creſcere a tempore more ſm vnā le-
cturā, vel a tempore litis conteſt. ſm aliam, ꝛ habetur etiam
b ratio loci b vbi debet ſolui, vel vbi petitur. h. d. ¶ Diuide.
primo dicit habendam rationez eſtimationis propter tempus.
Secūdo ꝓpter locū. Scđa ibi, interrogatus. Gloſ. ponit caſum
in terminis, ideo dic vt in ea. Nota quod dixi in ſummario. No
2 ta φ † de loco ad tempus, vel de tē pore ad locū, licita eſt argu-
mētatio, ſimile in l. fi. j. de tritica. Hec lex habet duas lecturas.
Prima φ conſideretur eſtimatio a tempore, quo petitū eſt in
iudicio litē cōteſtādo, ꝛ hoc dicunt quidam, ꝛ tenēt vt reſponſio
aptet̃ interrogationi, que de tempore lit. conteſt. queſiuit, de tē
pore vero petitiōis extra iudiciū nihil dicit. Aliī intelligunt φ
cōſideretur tēpus, quod petitū eſt etiam extra iudiciū, ꝛ licet
tex. hoc non exprimat, tamen ipſi ſubaudiūt. Et ita gl. ponit ca-
ſum, tamen de hoc non curo: quia quācunq; lecturam teneas ad
idē tēpus reducit̃ ꝓpter ſolutiones contrariorum, ꝛ vt inſpicia-
mus temp9 more, ꝛ ideo vt contraria bene aptemus ad tex. p
ſequamur iſtam lecturam φ inſpiciatur tempus more. ¶ Op-
po. qñ mutuū dat̃, debet reddi aliud, non idē, vt ſ. eod. l. mutui.
ſed hic dicitur φ illud idē vinū petebatur, dum dicit, vinum
3 quod mutuo, ꝛc. cum † quod, ſit relatiuum ſubſtantie, vt no. C.
de ſenten. que pro eo qđ intereſt profe. l. j. in glo. in ver. plerumq;
ꝛ Inſti. de inuti. ſtip. § alteri. Sol. Quidaz exponūt quod, id eſt
quale. Uel dic verius ſm Iaco. de Are. ꝛ alios, φ idez videtur
peti, licet petatur in genere ſuo, propter omnimodaz ſimilitudi
nem, vt dixi vobis ſ. eo. l. ij. in princ. ¶ Secundo opp. hic dicit
φ per iudicem, ꝛ ſic innuit φ iudicis officium intentetur. Contra
imo competit certi condictio, vt ſ. eod. l. certi condictio in pr.
Sol. expone per iudicem, id eſt mediante iudice. Et iſta ſunt di-
cta Iaco. de Are. ¶ Uenio ad apparatum, ꝛ quia dixi φ debet
inſpici tempus more, obſtāt huic lecture quedam iura, que di-
cūt inſpiciendum eſſe tēpus contractus. Itez quedam iura que
dicūt inſpiciendū eſſe tēpus litis conteſt. Item quedam alia iu
ra q̄ dicūt inſpiciendū eſſe tempus ſentētie, vnde de quolibet p
ordinem opponamus. ¶ Opp. φ inſpiciatur tempus contra-
ctus. l. cū quis. de actio. ꝛ obli. Sol. ibi dicitur, φ inſpicitur tem
pus ſatiſdatiōis, hoc eſt, tēpus appoſitū in ſatiſdatiōe, quo
debuit ſoluere, cuius diei lapſus conſtituit debitorē in mora
ſic cōcordat cum iſta: quia inſpicitur tempus more, ꝛ hec bona
vel dic, φ hic loquitur in reo, ibi in fideiuſſore, qui obligatur
eo tempore, quo mora rei proceſſerat: vnde merito inſpicitur tem
pus contractus, q2 tēpore contractus iam erat mora contracta
ꝛ hoc tangit glo. hic in ver. quanti tūc. ¶ Uenio ad gloſam
quaz diuido pro clariori intellectu in quatuor partes. Primo
aſſignat vnam oppoſitionem, φ inſpiciatur tempus litis conteſt.
ꝛ ſic non ſufficiat tempus petitionis extraiudicialis. Secundo aſſi
gnat aliā oppoſitionem, φ inſpiciatur tempus contractus. Ter-
tio, redit ad primū, ꝛ iterū opponit φ inſpiciatur tempus con
teſtationis, ideo iſtā partē cum prima ſimul iunga in vnam.
eam. Quarto, ponit practicam huius legis, qūo debeat forma-
ri libellus. Scđa ibi, ſed certe tēpus dati mutui. Tertia ibi, ſed
4 ſm hoc fortiter. Quarta ibi, ſed quero. ¶ Oppo. † ꝛ in
ſcđa parte, ꝛ videt̃ φ debeat inſpici tempus contractus. ſ. eo. l.
cum quid. Sol. Quantum ad bonitatem vini intrinſecam, vel
terius rei mutuate tēpus contractus inſpicitur, vt ibi, ſed quan-
tum ad bonitatem extrinſecam inſpicitur quāti plurimi valuit
a tempore more, vt hic. ¶ Scđo ad idem oppo. φ inſpiciatur tem
pus cōtractus, vt ĩ. de noua. l. fundū Cornelianū. Sol. ibi eſti
matio fuit ꝑncipaliter ꝓmiſſa, vnde petebatur iure actionis. Hic
vero vinū debebat̃, ꝛ eſtimatio veniebat iudicis officio.

tio oppo.ꝙ inſpiciatur tempus contractus,vt l.datio.alias in-
cipit,ratio.§.ſi ꝑ venditorem.ī.de act.emp.Sol.dicebat Mar.
ꝙ ibi loquitur in cõtractibus bonefidei,hic in ſtricti iuris.Hec
ſol.nõ placet.nam in contractu emptionis periculũ deteriora-
tiõis pertinet ad emptorẽ,ſi venditor nõ eſt in mora l.j.ī.de pic.
⁊ commo.rei vendi.ſed ſecundum hoc periculum pertinet ad vẽ
ditorẽ,etiã ante morã.Unde aliĳ,vt Dy.⁊ Pe.dicũt.⁊ hoc etiã
ſequebatur Cyn.⁊ Jacob.But.⁊ exponũt ibi temporis quo ve-
nit,ſcilicet tradendum,vt ſic non dicat de tempore contracte vẽ
ditionis,ſed de tempore quo debet fieri ſolutio,vnde cõcordat
cum iſta.Iſta ſolu.eſt quedam diuinatio.Unde Gul.de Cug.
dicit quandoqꝫ ille,qui tenetur ad vinum,ſeu ad aliam quanti-
tatem,non vult illud tradere,tunc habetur eſtimatio illius plu
ris,ꝙ fuit a tempore contractus,vt l.contraria.Quãdoqꝫ vult
tradere vinũ,ſed creditor nõ vult recipere,q̃ modo vinum non
valet tantum,tũc habetur ratio eſtimationis tempore more,ita
loquitur hic,⁊ ideo dicit ipſe,ꝙ glo.no.hic ponẽdo caſum dicit,
ꝙ debitor erat paratus ſoluere vinum.Iſta ſol.nõ placet.pri-
mo q̃ tex.in §.ſi per venditorem dixit,mora fuerit.¶ Nota,q̃
dicit mora fuerit,⁊ ſic innuit moram preceſſiſſe,⁊ fuiſſe,non ãn̄
modo extare.Sed ſecundũ Gul.ſi ponimus debitorem modo
ſoluere nolle,modo eſt in mora.ſecus ſi velit ſoluere.Preterea
lex dicit,ſi res vendita nõ tradatur,ad id qđ intereſt,agit.l.j.de
act.emp.ſed in intereſſe habetur ratio vtilitatis,non ſolũ credi
toris,ſed etiã debitoris,vt ī.de eo quod cer.loc.l.ĳ.in prin.Si-
cut enĩ ibi fit ꝓpter locũ,ita etiã hic fieri debet ꝓpter tẽpus ea-
dẽ ratiõe vt hic in tex.Sed ſecundũ Gul.nõ haberet ratio vti-
litatis debitoris,ſi vinũ ante ſui morã decreuiſſet,ergo,⁊c.Qua
liter ergo ſoluemus?Certe difficile dictũ eſt,tamẽ recte intelli-
e gẽdo cõcordat.Debes [e] enim ſcire,ꝙ in dictu emptionis,⁊ ven-
ditionis,vẽditor recepto ꝑcio re ipſa eſt in mora,adeo ꝙ tenet
ad vſuras.vt ī.de ac.emp.l.Julianus.§.ex vendito.C.de actio.
emp.l.curabit.Dicendũ eſt ergo,quod ibi ab initio,⁊ in ipſo cõ
tractu vẽditor recepit pretiũ,vnde ſi nõ tradidit,ſtatim fuit in
mora.Tempus enim contractus,⁊ more fuit idem.Quod ergo
ibi dicitur inſpiciendũ tẽpus quo venit,bene dicit,illo enim tẽ-
pore incipit eſſe in mora.Unde tẽpus cõtractus ⁊ more fuit idẽ
ſicut dicimus in furto ⁊ rapina.C.ꝙ met.cau.l.j.C.de fur.l.ſub-
5 tracto,cũ ſi.† Uenio ad tẽpus cõteſtatiõis,⁊ aſſumo principiũ
gl.⁊ videtur ꝙ debeat inſpici tẽpꝰ litis cõteſt.vt ī.de triti.l.ſi.
Sol.Si mora preceſſit,inſpicitur tempus more,vt hic.Si ve-
ro nõ ꝑceſſit,inſpicit tẽpus litis cõteſtate,q̃ extunc incipit eſ-
ſe in mora,vt ibi.Et ſic ſemꝑ cõcordant ꝙ inſpicit tẽpus more.
d ¶Itẽ oppo.[d] ⁊ nunc intro tertiã partem gl.⁊ videtur ꝙ inſpi
ciatur tẽpus litis conteſtate in contractibus ſtricti iuris,vt ī.
commo.l.iĳ.§.in hac.in ſi.§.Sol.dic,ille §.habet multas lec.ſed
ſolutio vera eſt,ſecundũ Joan.⁊ ſecundum noſtros Mod ꝙ ibi
prout loquit de cõtractibus ſtricti iuris,in quibus dicit inſpi
ciendũ tempus litis conteſt.eſt verum,quo ad fructus,vt ī.eo.
l.cum fundus.in prin.ſed quantũ ad eſtimationez rei inſpicitur
tempus more.ita loquitur hic.Prout vero ibi loquitur in con
tractibus bonefidei,eſt idem quod hic,etiam in fructibus,ſecun
dum Joan.in quibus inſpicitur tempus more.Idem in his q̃
habẽt inſtar bonefidei.C.in quibus cau.in integ.reſt.nõ eſt nec.
l.in minorũ.Iſta ſol.non placuit Azo.primo per tex.qui ibi di-
cit quanti ea res eſt,⁊ ſic loquitur de eſtimatione rei,nõ de fru
ctibus.Ideo ipſe ſoluit aliter,qđ hic inſpicitur tẽpus more,vt
tẽpus a quo:ibi vero inſpiciatur tempus litis conteſtate,vt tẽ
pus ad quod.incipit enim creſcere eſtimatio a tẽpore more,vſ-
que ad tempus litis conteſtate,⁊ non vltra.Iſta ſolu.non videt
vera,q̃ ſecundũ hoc efficeretur reus melioris conditionis per
conteſtationem,contra l.non ſolet.ī.de regulis iuris.Unde aliĳ
volentes ſuſtinere iſtam opin.Azo.dicunt quod tempore conte
ſtationis res erat perempta vt d.§.in hac.hic vero debebatur
e quantitas,que perire non poteſt.Certe [e] iſta ſolu.non eſt vera.
nam ſi res eſt perempta,non creſcit eſtimatio vltra,quia creſce
re non poteſt,non autem eſt hoc propter naturam contractus,
ſed tex.in l.contraria,dicit quod hoc eſt propter naturam con-
tractus,ergo ⁊c.Unde intellige finem illius.§.prout intellexit
Joannes,ſcilicet in fructibus.principium vero vbi dicitur quã
ti ea res eſt,intellexit Guliel.de Cug.ꝙ loquitur de eſtimatiõe
rei,quod ſatis poteſt ſuſtineri.vt ī.dicã.Contra hoc tamen qđ
dictũ eſt de fructibus,videt ſ.de rei vendi.l.fructus.la j.Sol.
ibi petebam ꝙ erat meũ,ſed qđ ſ.dixi,loquitur quando petebã
mihi debitũ Sumus expediti de ſecundo,ſcilicet de tempore li
tis cõteſtate.⁊ iſte oppoſitiones non ita directo tanguntur in
6 gl.Uenio nũc ad tempus ſententie.† Dicitur hic qđ inſpicitur
tẽpꝰ quo petit ⁊c.opp.imo videtur qđ debet inſpici tẽpus ſen-
tentie,vt ī.com.l.iĳ.§.in hac.in prin.Solu.quidã exponunt,ibi
inſpicitur tempus rei iudicate,id eſt tempꝰ more,quo potuit ⁊

debuit iudicari.Et hoc tenet Pe.Aliĳ,vt Gul.intelligunt ibi ꝓ
prie,⁊ reſpondent quod ibi loquitur de eſtimatione rei,que fit
ſecundũ affectionẽ,ꝑ iuramentũ in litẽ,⁊ tunc inſpicitur tempus
ſententie,hic de eſtimatione rei que fit ſcđm veritatem,quo ca-
ſu inſpicitur quanti plurimi fuit a tẽpore more,⁊ hoc ſatis pla-
cet.¶ Opp.de l.in hac.ī.de tritica.⁊ l.Julia.ſcribit ſi hominez.
de rei ven.vbi dicit ꝙ debet inſpici tempꝰ ſentẽtie.Solu.duplex
eſt tẽpus,eſt enim tẽpus a quo,⁊ iſtud eſt ſemper tempus more
vt hic.Aliud eſt tempus ad quod,⁊ iſtud eſt tempus ſententie
vt in dictĳs.Inſpicit enim quãti plurimi fuit a tẽpore more vſqꝫ
ad ſentẽtiã,non poſt,ſcđm quoſdam.Aliĳ Ultramontani contra.
qđ examinabo in d.l.in hac.q̃ gloſ.hic non tãgit,⁊ iſtud eſt mul
7 tum vtile ſcire,cum ſecundum † ſtatuta Italie,inſtrumenta gua
rentigiata ⁊ alia inſtrumenta habeant vim ſententie diffinitiue
⁊ mandẽtur executioni,ſicut ſententia diffinitiua.Nam ſecun-
dũ iſtã opi.vr̄ qđ eſtimatio vini,vel frumenti debiti,ex quo tale
inſtrumentũ apparet,nõ poſſit creſcere ꝑꝑ morã poſt inſtrumẽ
tum confectum ex tali contractu:cum a die celebrati contractꝰ
f vr̄ cõdemnatus.quod an ſit verum,ibi dicam.Reaſſumo [f] ergo
breuiter cum queritur qđ tẽpus inſpiciatur circa eſtimationez
rei.Aut queris de tempore a quo,aut de tempore vſque ad qđ
8 creſcat eſtimatio.Primo caſu † aut eſtimatio debet iure actio-
nis,⁊ inſpicitur tempꝰ contractus,nec vltra creſcit,vt l.fundū
9 Cornelianum de noua.⁊ l.ſi hominem.ī.man.† Aut eſtimatio ve
nit iudicis officio,⁊ tunc aut mora fuit contracta tempore cele-
brati contractus,vel ꝓmiſſionis,ſeu obligationis,⁊ inſpicitur
tempus ꝯtractus,vt d.§.ſi per venditorem.in l.ratio.alias inci
10 pit,datio.ī.de actio.em.⁊ l.ſubtracto.C.de fur.cuꝫ ſi.† Aut nõ
fuit tunc contracta mora,⁊ tunc aut mora preceſſit lit.cõte.⁊ in
ſpicitur tempus more,vt hac l.⁊ l.ſi ſterilis.§.cum per vẽdito-
11 rem.de actionib.empti.† Aut mora non preceſſit,⁊ inſpicitur tẽ
pus lit.conte.l.ſi.ī.de tritica.⁊ hoc eſt verũ in eſtimatione,q̃ fit
12 ſecundum veritatem:in eſtimatione † vero que fit ſecunduꝫ affe
ctionem,per iuramentum in litem,inſpicitur tempus ſententie.
13 l.iĳ.§.in hac.in ſi.com.Si vero † queris de tẽpore,vſqꝫ ad qđ,⁊
tũc aut eſtimatio venit iure actionis,⁊ tunc inſpicitur tẽpus cõ
tracte obligationis,nec vltra ꝓgreditur,vt dictuꝫ eſt.Aut ve-
nit officio iudicis,⁊ tunc aut res perĳt ante ſententiã,⁊ tunc in-
ſpicit quãti plurimi fuit vſqꝫ ad diẽ quo res perĳt,vltra nõ:q̃
vltra eſtimatio non poteſt creſcere,vt hic no.in gloſſ.ſecundum
vnam ſolu.Si vero res durauit,vel erat quantitas,que perire
non poteſt,tunc creſcit eſtimatio vſque ad ſententiam,vt infra
de triti.l.in hac.An autem poſt,ibi dicam.In vſuris vero,⁊ fru
* ctibus q̃ tẽpora inſpiciãtur,dicã in d.l.in hac.[Dic breuiter,qđ
tempore more conſiderabatur,quanti plurimi fuit in omnibus
rebus,⁊ in omnibus contractibus bonefidei,vl' ſtricti iuris.Et
intelligo moram commiſſam,vel per litis conteſtationem,vel ꝑ
interpellationem factam congruo loco ⁊ tempore:vel que ipſo
iure contrahitur.vt ī.de cond.furt.l.ſi pro fure et ī.de vſur.l.
in fideicommiſſi perſecutione.Sed ſi dicas:quando dicatur in
mora conſtitutꝰ?Dic aut eſt appoſitus dies in contractu,⁊ tunc
a die appoſito in ipſo contractu,vt hac l.ver.ſabinus reſpondit.
aut tacite ineſt dies,⁊ tunc a lapſu diei tacite,vt d.l.quoties.⁊
d.l.idẽ erit.de verb.obl.aut neqꝫ tacite neque expreſſe dies fuit
appoſitꝰ,⁊ tũc aut tractamus de eſtimatione vera,⁊ tũc aut pe
tĳ extra iudicium legitime:⁊ illud tempus inſpicitur:vt hic ſe-
cũdũ lecturã Jo.aut non petĳ extra iudiciũ,ſed litem fui con-
teſtatus ⁊ tunc inſpicimus tempus litis conteſtate,vt hic ſecun
dum opinionem antiquorum.l.fin.ī.de tritica.⁊ l.fundum Cor-
* nelianũ.ī.de nouatio.⁊ l.iĳ.§.in hac.in ĳ.reſponſo.ī.cõmo.] Ue
niamus ad vltimam partẽ,ſcilicet ad practicam.Oppo.qđ ſen-
tentia debet eſſe conformis libello.l.vt fundus.ſ.communi diui
14 dundo.Nec enim † debet fieri ſententia de alio,quã fuerit peti
tũ l.ſi.C.de fideicõ.lib.ſed hic dicitur quod fuit petitum vinum,
⁊ debet fieri condẽnatio in eſtimatione,ergo male.Solu.tu de-
bes ſcire quod ſine actione nemo experitur.l.ſi pupilli.§.videa-
mus.ſupra de neg.geſt.Item ſcire debes quod actio datur ad
illud quod eſt in obligatione,ex qua deſcendit actio l.licet.§.ea
obligatio.ſupra de procur.ſed in obligatione hic eſt vinum tan-
tum:ergo vinum eſt in actione,ergo vinum debet peti:quia ſi pe
teres eſtimationem,ageres ſine actione,verum quia hodie vi-
* num dari nõ poteſt,ſub illa eſtimatione quanti plurimi * fuit a
15 tempore more,ſi hodie valet minus de neceſſitate † deuenitur ad
eſtimationem,per officium iudicis.l.ſi ſeruum.§.ſi.de verborũ
obligatio.⁊ l.fin.que ſen.ſine appel.reſcin.⁊ ibi no.⁊ videbitis in
g l.ꝓmiſſor.infra de conſtitu.pecu.Non obſtat [g] quod dicitur
16 quod iudex non debet condemnare in alio quam petitum ſit,q̃
verum eſt,niſi ex cauſa neceſſitatis.Uel dicamus,⁊ ita puto
quod ſit melior practica,hic fuiſſe petitum vinum,⁊ condemna
tionem fieri in eſtimatione per officiũ iudicis,cum vinum illius

eſtimationis reperiri non poſſit. Et aduerte, quia Pet. ⁊ Cy. vi
dentur formare libellum hic, ⁊ concludere quod condemnatio
debeat fieri ad totam eſtimationem, quod non eſt verum, imo de
bet condemnari ad vinum, ⁊ ad id quod vltra intereſt ſi vinum
reddidiſſet debito tēpore. l. quod ſi Epheſi, infra de eo quod cer
to loco. Cum enim reus liberetur ſoluendo vinum ⁊ id quod vl-
tra intereſt: ſi vinum habuiſſet debito tempore. l. Celſus. in fi. cū
l. ſequen. ⁊ ibi no. ſ. de arbi. alias eſt in l. ſi cum dies. §. fin. cum l.
ſequen. ⁊ ibi no. eod. titu. non debet agi preciſe, vt condemnetur
* ad eſtimationem. * Unde dicit Oldra. de Laud. quod hic fuit
ſententia lata in vino, ſed per officium iudicis fuit comdemnat⁹
in reſiduum, quod a tempore citra, vinū minus valuit, ⁊ q̄d hoc
poſſit fieri officio iudicis, licet non fuerit petitum, habetur ſ. de
leg. j. l. ſi domus. §. qui confitetur. in fin. ⁊ l. ſeruo legato. §. fin. ⁊
non ſolum in bonefidei iudicijs poteſt ſuppleri per officium iu-
dicis, ſed etiam ſtricti iuris iudicijs, vt ſupra, de rei ven. l. nō ſo
lum, ⁊ non intelligas quod hic fuit facta condemnatio in eſtima
tionem, quia falſum eſt per l. cum fundus. in princ. ſ. eod. ⁊ innuit
hic glo. j. in verb. conteſtatus, in fin. vnde dic, quod hic fuit facta
condemnatio in vino, ⁊ per officium iudicis in eſtimationē quā
ti plurimi fuit a tempore more, ⁊ hoc fuit ratione more, q̄r ſi non
fuiſſet in mora, ſufficeret condemnatio in vino tantum, dum ta-
mē eſſet eiuſdem qualitatis, licet eſſent minoris pretij, ſeu valo-
ris vt ſupra eodem l. cum quid. Condemnatio autem hoc modo
fiet per iudicem in ſua ſententia, quia aut poteſt vinum inueni-
ri, ⁊ tunc ad vinum tantummodo condemnabit, ⁊ in eſtimationē
quanti plurimi fuit vinum a tempore more vſque ad ſententiam
ſcilicet in quantum tempore ſententie valeat, aut inueniri non
poteſt, ⁊ tunc poteſt fieri propter neceſſitatem condemnatio ad
eſtimationem. l. ſi ſeruum. §. fina. ſ. de verbo. obliga. ⁊ l. fin. ſ. que
ſent. ſine appel. reſcin. ⁊ ibi no. Tutius tamen erit, quod fiat con
demnatio in vino, ⁊ executio poſtea fiat in eſtimationem. l. fin. C.
* de fideicom. lib. ⁊ l. ſi cum dies. § fin. ⁊ l. vtique. ſupra de arbit. *
17 Erit ergo † practica iſta quod ſi quidem mora preceſſit ante-
quam detur libellus, dicatur ſic. Dico quod ego mutuaui tibi
tantum vini, vel tantum frumenti, ⁊ quod id mihi reddere de-
buiſti tali tempore, ⁊ ſic a tali tempore citra fuiſti in mora reddē
di. Item quod a tali tempore citra, corbes frumenti, vel vini, va
luit tātum. Item quod hodie valet minus, ⁊ ſic intereſt mea ha
buiſſe vinum, ⁊ frumentum, tempore debito, quare peto te con-
dēnari ad dictum frumentum vel ad vinum, ⁊ ad id quod mea in
tereſt dictum frumentum vel vinum dicto tempore habuiſſe, ha
bita ratione eſtimationis quāti plurimi fuit a tempore more, ⁊
quāti plurimi intereſſet vſque ad ſentētiā. Si vero mora nō p̄-
ceſſit libellum, tunc potes formare libellum ſimpliciter, ⁊ dice-
re, peto eum condemnari ad dictum frumentum, vel ad vinum, ⁊
tunc ſi eſtimatio incipiet creſcere pendente iudicio, ⁊ tempore
ſententie valeret minus, poſſes implorare officium iudicis, vt
eum condemnet, quanti tua intereſt tibi ſolutum fuiſſe a tempo
re more, habita ratione eſtimationis quanti plurimi fuit pen-
dente iudicio. l. ediles. §. item ſciendum de edilitio edicto. Ta-
men cautius eſt quod in ipſo libello ab initio proponatur ſic.
Peto eum condemnari ad dictum frumentum, vel vinum. Ve-
rum quia eſtimatio dicti frumenti, vel vini, poſſet creſcere, ⁊ de
creſcere pendente iudicio, ideo peto eum condemnari habita ra
tione quanti plurimi fuerit pēdēte iudicio. ⁊ iſta eſt vera practi
ca, quam gl. tua videtur ponere. vide eam, ⁊ no. ibi, ſed quero, ⁊c.
h Procedo in gl.[h] ⁊ contra practicā videtur infra de cond. fur.
l. in re furtiua. vbi, videtur quod eſtimatio poſſit peti iure actio
nis. Solut. dicit gloſſa, quod ibi eſt ſpeciale odio furum. Iſtud
18 nihil eſt dicere. Tu dic † quod hic loquitur in obligatione dan-
di, in qua nunquam poſt moram ſuccedit obligatio ad eſtimatio
nem, imo ipſa res debet peti. l. ſi ſeruum. in fin. ſ. de verbo. oblig.
In contrario vero loquitur de obligatione rem reſtitui, ſeu rē
tradi. Et qualiter intereſſe ſuccedat in obligatione, ⁊ in petitio
ne quando ſumus in obligatione facti et in obligatione rem re-
ſtitui, ſeu rem tradi, dic vt plene examino in repetitione l. ſtipu
lationes non diuiduntur. de ver. obl. Alij vero dicūt, quod in ca
ſu noſtro poteſt eſtimatio peti iure actionis. Nec obſtat l. ſi. C.
de fideicom. lib. ⁊ l. ſi ſeruum. §. finali. de verbo. oblig. quia ibi lo-
quitur quando erat debita ſpecies, hic vero quando erat debi-
ta quantitas. iſtud non placet: quia fateor quod in quantitatib⁹
poteſt ſolui vna quantitas pro alia eiuſdem generis, quia vide
tur idem, vt ſupra eodem. l. ij. in princ. ſed quod poſſit peti, vel
ſolui eſtimatio in pecunia, pro quantitate vini, hoc non reperit̄
iure cautū. Eſſet ergo agere ſine actione, vt dixi. Alij dicunt q̄
primo fit condemnatio ad vinum: ⁊ ſi vinum nō ſoluit̄, ad eſtima
tionē deuenitur, in illa nouum iudiciū inchoādo. Sed truffa
19 eſt: quia due ſententie nō ferunt̄, niſi † in actionibus arbitrarijs
in l. j. in principio. ⁊ ibi gl. ij. ſ. de act. emp. Sꝫ certi condictio ex
mutuo, nō eſt arbitraria: ergo, ⁊c. Tene ergo practicam quam
glo. ponit vt veriorem. Oppon. de l. ratio. alias, datio. §. fi. ſ.
de ac. emp. Solu. Quod hic dicitur, inſpici locum, vbi eſt peti-
tum, intellige ſi legitime ibi poterat conueniri.

ADDITIONES.

a P. P A V. P. Vinū. Adde circa iſtā materiā q̄d quēadmodū
debitor ſit in mora, tenet̄ ad eſtimationē quāti plurimi, ita con-
tra, ſi creditor ſit in mora, attēdit̄ eſtimatio quanti minimi poſt
morā, eſt ſingulare dictū Bal. p illū tex. in l. ſi hominē. ſ. mād.
clamat Crem. ſing. xcvj.
b Loci. Adde q̄ per hoc dicūt Cy. ⁊ Albe. hic in repeti. fuiſſe
determinatū in q̄ſtiōe de vino vēdito in Marchia, q̄d dari de-
bebat Ferrarie, ⁊ agebat̄ ad reſciſſionē ꝯct⁹ tāquā venditio facta
eſſet p minus dimidia iuſti p̄tij, iuxta l. ij. de reſcinden. venditio.
quod deberet attendi quanti vinum valeret Ferrarie. Bene fa
cit. l. contraxiſſe. ſ. de actionib. ⁊ obliga.
c Debes enim ſcire. Adde tu, q̄d licet hec ſolutio ... ter reprobet̄, vt hic p Moder. tū p iſta ſolutiōe ... meus hic tex. in §. cū autē. Inſti. de emp. ⁊ vēdi. ⁊ l. ... cōmo. rei vēdi. vbi dicit̄, q̄ piculū eſt emptoris p̄tio nō ... in §. ſi p vēditorē. eſt vēditoris, ergo p̄tiū erat ſolutū ...
plus nō operant̄ verba, q̄ factū. l. de q̄bus. ſ. de legi. ſed ...
interpellatione oblato p̄tio vēditor cōſtituit̄ in mora. l. Julia-
nus. §. offerri. ſ. de actio. emp. ergo pariter, ⁊ fortius, p ſolutio-
nē, ⁊ ſic ex facto. Tertio, Nā mora irregularis eſt potēs vt v...
re debeant̄ iure actiōis. l. ait Pretor. §. ſed hodie. ſ. de minorib.
vbi gl. in verbo, vſuras. Si ergo hoc eſt in vſuris odioſis, fortius
erit in eſtimatiōe quāti plurimi, q̄ pariter debet̄ iure actiōis in
ꝯctu bonefidei. l. j. in princi. ſ. de actio. emp. Et hoc modo poſſet
ſaluari iſta ſolutio Bar. ⁊ ad tex. in l. in minorū. C. in q̄bus cau-
ſis in integ. reſti. q videt̄ multū obſtare, vbi fauore minoris eta-
tis, re ipſa ſine interpellatiōe mora cōmittit̄, ergo nō eſt verū in
omni pſona, ⁊ ſic in minore. Reſpōderi pōt, q̄d in emptiōe ⁊ vē-
ditiōe, nō ſit ſpeciale in minore. l. Julianus. §. ex vēdito. ſ. de a-
ctio. emp. ⁊ l. curabit. C. eo. ti. p Bar. hic allega. ſed bene in aliis
ꝯctibus. Vel ſcd̄o poteſt dici, q̄ ſpeciale ſit in mino. quod in
mora cōſtituat emptorē, re nō tradita, ſed tradendo in ꝯtra-
ctibus, vt in d. l. in minorum. ſed maior id faciet in ...
tum. Ita dicit Bar. ibi in ſecunda oppoſi. quem vide ... ra-
tiones Moder. hic, ⁊ maxime Alex. vide que notaui ad Alex.
hic in ver. preterea opin. Guil.
d Item opp. Adde tu circa iſtam opp. Bar. q̄r glo. nō aſſumit
hoc contrarium contra tex. ſicut facit Bar. ſed glo. per illum §.
in hac. aduerſatur ſolutioni date ad §. ſi per venditorem, vt q̄
verbis glo. percipi poteſt, ⁊ perpendit hic dominus meus.
e Certe iſta ſol. Adde tu pro ſolutione d. §. in hac. ⁊ vide q̄ di-
cit Bar. in d. §. in hac. in vij. lec. licet male referat̄ ab Alex. hic, ⁊
vide que poſui hic ad Alex. in fin.
f P O M A. Reaſſumo. Vide Cremen. notabili ſuo, nume. 4.
* C L A V D. Quanti plurimi. Vtrū autem hoc caſu debeat at-
tendi eſtimatio, ex quo fuit tēpore magne, ⁊ inſolite cariſtie, vi-
de Jmo. ſingulariter dicentem, q̄ non, in l. pretia rerum. per il-
lum tex. ſ. ad leg. Fal. Sed Alex. ibi in fine tenet contrarium.
g P O M A. Non obſtat. Hanc eādem limitationē poſuit Bar.
ad iſtam regulam, q̄ non debet fieri condēnatio in aliud, q̄ quod
eſt petitum, niſi ex cauſa neceſſitatis. l. ſtipulationes nō diuidun-
tur. l. ſi ſeruum. §. fi. hic alleg. per eum, ſ. de verb. obli. Pro ...
facit quod voluit ipſemet Bar. l. ſi quod ex Pamphila ...
notab. per illum tex. ſ. de lega. ij. Pro cuius confirmatione ...
bene facere quod no. Barto. in l. fideicommiſſa. per illum ...
ſeruo. in fi. de legat. iij. vbi dicit q̄ iudex non pōt in alio condem-
nare, q̄ quod eſt petitū, quando id poteſt preſtari, iure vel ꝯ-
ſuetudine permittente, ſecus vero vbi ius, vel cōſuetudo pre-
ſtari nō pmitteret, q̄r tunc iudex poterit condemnare in alio q̄
quod eſt petitū. Adde etiā bene facere, q̄r licet in iudicio ...
rio petatur diuiſio bonorū communium, tamen poterit ...
vni rem aliquam vbi non commode poſſet diuidi, adiudicare al-
teri vero eſtimationem. iuxta §. pen. Inſti. de offic. iudi. Et vni
vſumfructum, alteri vero proprietatem. l. v. ⁊ ibi Flor. notat p
limitatione iſtius regule. ſ. de vſufruc.
h In glo. Dicit Rom. colligi ex glo. q̄ in cauſis, in quibus non
requiritur libellus, ſi contingat produci libellum etiam ineptū,
nō vitiabit, ⁊ dicit Alex. q̄ Bal. in l. ⁊ ſine ſcriptura. C. ad Tre-
bel. ad hoc ponderat iſtam glo. ⁊ idem tenere Bar. in extrau.
ad reprimendum. in ver. figura. ⁊ Bal. in l. j. C. de execu. rei iud.
Ant. de But in c. j. de libel. obla. ⁊ facit ſecūdū ipſum, q̄d in ſimi-
li voluit glo. no. Inſti. de liber. §. ſerui vero. in ver. in tranſitu. ⁊
q̄d voluit gl. in l. qui teſtamēto. §. per contrariū. ſ. de teſta.

etiã ex hoc inferri, quod licet dicamus ſententiam nullam, quan-
do eſt lata ſuper inepto libello, vt eſt glo. Inſt. de obli. in princ.
tamen fallit, vbi nõ requiritur libellus. Tu adde quod Ro. idē
firmauit conſi. ccccxcij. vbi alle. Bar. vbi ſ. ⁊ hãc gl. tex. in l. ſi ſti-
puler. de verb. obl. ⁊ tex. in l. cũ ſcõis tabulis. j. de his q vt in-
dig. ⁊ ibi tenet, qd cũ ꝑ ſtatutũ eſt data forma in citãdo, tamen ſi
illa omittitur in cauſis in quibus poteſt procedi ſummarie, ⁊ de
plano non habet vitiare actum.

LEX XXIII.

1 ☞ Reſtituere quis tenetur id, quod ſibi ex re aliena peruenit.
2 Negotiorum geſtorum in actione concluditur quod negotium
pertinet aliquo ex quatuor modis.
4 Commodatam rem vel depoſitam ſi vendidiſti ago ad rei reſti-
tutionem, ⁊ ſi non poſſis reſtituere, ago ad veram eſtimationē,
non ad pretium venditionis.

SI eum ſeruum. Ille, ad quē ꝑuenit p̄-
tiũ rei mee, ad id reſti
tuendũ re ꝑempta certi condictiõe tenet̃. h. d. ¶ No-
a ta, † qd teneris mihi ad reſtituēdũ qd ex re mea ad te
1 ꝑuenit., facit j. eo. l. ſi ⁊ me ⁊ titiũ. ¶ Quero, q̃ eſt iſta cõdictio?
Reſpon. certi cõdictio gñalis vt faciat adde titulũ. ¶ Quero
tunc cũ certi cõdictio gñalis cõpetat, vbi alias põt peti certũ,
vt ſ. eo. l. certi cõdictio. in prin. q̃ eſt illa actio q̃ cõpeteret, cum
qua iſto caſu cõcurrit hec certi cõdictio generalis? Gl. dicit qd
eſt actio nego. geſt. habendo venditionem ratam in ſubſidiũ re
perempta. l. mater. C. de rei vendi. ⁊ ſ. de neg. geſt. l. ſi. hoc eſt ve-
2 rũ in ſe, ſed nõ placet quãtũ ad hãc l. Nã † mediũ ꝑ qd cõcludit̃
in actiõe neg. geſt. eſt: qꝛ negotiũ ad me ꝑtinet aliquo ex quatuor
modis, de quib⁹ ꝑ gl. in l. ſi pupilli. §. itē q̃rit̃. ver. itē ait. in ver.
in verbo, ipſo geſtu. ſ. de nego. geſt. Sed in l. noſtra ponitur
aliud mediũ, ſcilicet qꝛ ex re mea factus eſt locupletior, ergo nõ
loquitur de ac. neg. geſt. Dico ergo quod vēditionē poſſum ha-
bere ratã in ſubſidiũ. ⁊ habebo actionē neg. geſt. cũ qua cõcur-
rit certi cõdictio generalis, nõ ꝑ hãc l. ſed ꝑ regulã generalem
poſitã in l. certi cõdictio. ſ. eo. Itē potero nõ habere ratã vēdi-
tionē, ꝓ modico forte factã, imo dico qd noluiſſem te vendidiſſe
rē meã, tñ qꝛ vēdidiſti, ⁊ res eſt ꝑempta, ⁊ ex re mea ꝑuenit p̄-
tiũ ad te, equum eſt qd reſtituas, cũ apud te ſit ſine iuſta cauſa.
Unde dico qd ↄ eũ cõpetit cõdictio ſine cauſa ex equitate. l. ſi ⁊
me ⁊ Titiũ. infra eo. cum qua cõcurrit certi cõdictio. Et hoc eſt
qd dicere vult iſte tex. ibi, quaſi ex re tua, ⁊c. Procedo in glo. q̃-
ro vtrũ re extãte habeat locũ hec lex. gdã dicũt qd ſic. glo. dicit
quod non, niſi haberes cauſam a me, vt qꝛ ſolui indebitũ, vel eſ-
ſes meus ꝓcurator tu qui vendidiſti, vt infra de condi. indebi. l.
ſi non ſortem. §. libertus. in l. in ſumma. §. in frumento. eodem ti.
3 ¶ † Hic aduerte in eo quod glo. dicit, quod re extante non ha-
bet locum condictio ex iſta lege, verũ dicit, quia ceſſat equitas,
nam donec res extat, tu potes eam vendicare ab emptore, ſicut
a me, non eſt ergo equum quod petas pretium, cum poſſis ha-
bere rē. Quod intellige verum, niſi dominus habuerit vēditio
nē ratã, tunc enim habendo ratã perdidit dominium. l. mater.
C. de rei vendi. ⁊ transfertur in ipſum poſſidētem, ⁊ hoc facien-
do gerit vēditoris negotiũ ipſo geſtu, qui teneretur re euicta,
⁊ ſic haberet dominus contra eum actionem neg. geſt. vt d. l. ma
ter. ⁊ ibi dixi. Et aduerte, quia dico quod dominus habet actio
nem nego. geſt. non quia ratam habuit venditionem, quia illud
non prodeſt, niſi re perempta, vel preſcripta, ſed quia ratum ha-
bendo dominium tranſtulit. Iſtud enim transferre, eſt negotiũ
quod parit actionem neg. geſt. vt plene dixi in d. l. mater. ⁊ dicã
in d. l. ſi. de neg. geſt. In eo vero quod glo. dicit niſi habebas cau
ſam a me, vt in §. libertus. aduerte, vt intelligas, quia hoc nõ eſt
generale. Nam in condictione indebiti non tenetur quis ad rē,
que ſibi data eſt, ſed ad id in quo factus eſt locupletior. j. de con
di. inde. l. nam hoc natura. Re ergo vēdita q factus eſt locuple-
tior in pretio merito tenetur ad pretium, vt d. l. ſi non ſortem,
§. libertus. ⁊ l. in ſumma. §. in frumento. eo. ti. Facit quod no. in
l. in hac. in fin. magne glo. j. de trit. Sed ſi poneres in aliis cõtra
4 ctibus, puta † commodaui tibi librum, vel depoſui apud te, tu il
lum vendidiſti, certe non habeo actionem ad eſtimationem, ſeu
ad pretium, ſed agam ad rem, tamen ſi rem non poteris reſtitue
re, deuenitur ad eſtimationem per officium iud. Ad eſtimatio-
nē dico verã, nõ ad pretiũ venditionis, vt j. commo. l. iij. §. ſi red-
dita. ⁊ infra depo. l. j. §. ſi res. ⁊ in §. ſi rē depoſitam. ¶ Quero,
hic loquitur quando ille qui vendidit, habuit cauſã lucratiuã,
quid ſi habuit cauſam oneroſam? Glo. dicit, aliter ⁊ bene. C. de
rei vendi. l. mater. An autem pretium ſuccedat loco rei genera-
liter, dicam in l. ſi ⁊ rem ⁊ pretium ſ. de pet. hered.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Not. facit ⁊ bene. l. ei qui ſeruo. in fin. C. quod cũ eo.

LEX XXIIII.

SI quis certum. Ex ſtipulatiõe cõti-
nēte certũ, orit̃ certi
cõdictio. h. d. * In fine tex. dic, qd certi cõdictio ſpecia
* lis eſt ex ſtipulatiõe. ꝓ quo tex. Inſti. de verb. obli. in
princi. ⁊ oſtendi, qd in iſta interuenit certũ: ⁊ agit̃ cõdictiõe cer
ti ex ſtipulatione, ſi ſtipulatio legitime facta ſit, vt nota. ſ. eo. l.
certi condictio in principio in gloſſa, in verbo, certi condictio.
¶ Et ideo conclude, quod triplex eſt certi condictio. vna gene
ralis, de qua in dicta. l. certi condictio, alia ſpecialis ex ſtipula-
* tione, vt in l. iſta, ⁊ Inſti. de ver. oblig. in princip. * ¶ Oppon. de
l. ſi pacto quo penã. C. de pac. gl. ſoluit. dic vt in ea. ¶ Opp. de l.
j. §. j. C. de rei vxo. ac. Sol. vt in gl. ¶ Opp. de l. certi cõdictio. in
prin. ſ. eo. ibi, ex certo ↄctu, ⁊c. Sol. vt in gl. ¶ Quero vtrum ex
ſtipulatiõe cõpetat cõdictio ſpecialis? dic vt dixi in l. certi cõdi
mutuo: de qua in rub. ſupra eo. Alia certi cõdictio ſpecialis ex
ctio. ſ. eo. ¶ Quero, quãdo in ſtipulationē deductũ eſt incertũ
qua actiõe petet̃? Reſpõ. actiõe ex ſtipulatu, vt hic innuit̃, ⁊ In
ſtit. de verb. oblig. in prin. Ultimo hanc legem declara vt dixi
in l. certi condictio. ſ. eodem.

LEX XXV.

CReditor. Mutuans in refectionem habet
priuilegium. h. d. Materiam hu-
ius legis dic vt in gloſſ. ⁊ bene.

LEX XXVI.

SI pecuniam. Per ꝓcuratorē q̃rit̃ actio
militi dño, ſicut ꝑ tutorē
⁊ curatorē minori. h. d. ¶ Op. qd in milite nõ ſit ſpe-
ciale, nã cuilibet priuato ex numeratiõe q̃rit̃ actio, vt
ſ. eo. l. certi cõdictio. §. ſi nũmos. Hui⁹ timore hec lex legit̃ duo-
bus modis. Primo q hic ꝓcurator mutuauit noĩe militis, ⁊ tũc
nil eſt ſpeciale in actiõe q̃ orit̃ ex numeratiõe, vt d. §. ſi nũmos. ſꝫ
in ea, q̃ orit̃ ex ſtipulatiõe, ſic, vt qꝛ fideiuſſor ꝓmiſit. Et iſta põt
eſſe vera ſcdm iſta tēpora: ſed hodie idē in obligatiõe acceſſoria,
a qd i obligatiõe principali, vt l. ij. C. ꝑ quas ꝑſon. nob. acq. * Ui
* de gl. ex qua nota, qd licet mutuãdo tuã pecuniã tuo noĩe tibi
q̃rit̃ actio, d. §. nũmos. tñ ſi acceperis fideiuſſorē tuo nomine nõ
q̃rit̃ actio ex ſtipulatu ↄ fideiuſſorē, niſi in milite in quo eſt ſpe
ciale: vt hic, ⁊ iſtud eſt verũ de iure Digeſtorũ, tamē hodie Iu
ſtinianus in l. ij. C. ꝑ quas ꝑſo. nobis acq. hoc immutauit, ⁊ ſta-
tuit, qd in pignorib⁹. ⁊ hypothecis ꝑ liberã ꝑſonã nobis inter-
poſitis actio q̃rat̃ ex illo ↄctu in quo nomine meo alteri mutua
uit. Sed q̃ eſt ratio in pignore, ⁊ hypotheca, q̃ interponit̃? certe
illa, vt ſit credi magis cautum. Eadem eſt ratio in fideiuſſori-
bus q interponunt̃ in tali ↄctu: ſcilicet, vt magis ſit cautũ credi
tori: ergo idē ſit in hypotheca, ⁊ pignoribus. arg. l. illud. ſ. ad le
gem Aql. Nec obſt. qd ibi dicit Gul. de Cug. quod nõ acquirit̃
obligatio acceſſoria ꝑ liberã ꝑſonã: qꝛ illud verũ eſt i obligatio
ne acceſſoria q̃ nõ auget obligationē, ſed ſolũ iterponit̃, vt ſit ma
gis cautũ creditori, ergo ⁊c. vt patet in d. l. ij. vide gl. ibi, vel dic,
ſuo nomine, ⁊c. Et ſic nota, qd vbi ſtipulat̃ tutor nomine pupilli,
q̃rit̃ actio ipſi pupillo, ꝓ hoc facit l. eũ q. §. ſi actori. j. de cõſti pe
cu. Si vero ſtipulat̃ ſibi tutori, hoc etiã eſt clarũ: qd acq̃rit̃ pu-
pillo. vt hic in ij. oppoſi. de quo ꝑ Doct. in l. multũ. C. ſi qs alte.
* vel ſibi. * Alio modo legit̃ quod hic procurator mutuauit pecu
niã militi noĩe ſuo, ſcilicet ꝓcuratoris, ⁊ tũc eſt ſpeciale in mili-
te tam in numeratione, quam in ſtipulatione.

ADDITIO.

a ¶ Ut l. ij. Adde qd communiter idem tenent doc. hic, Cy. Bal.
Ang. ⁊ Saly. in d. l. ij. Rom. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. j. de
verb. oblig. ⁊ cum iſtis tranſit Alex.

LEX XXVII.

1 ☞ Ciuitas ꝓ mutuo facto adminiſtratori qñ teneat̃, ⁊ nu. 7. ⁊ 8.
2 Concilium ciuitatis repreſentat totam ciuitatem.
3 Contractus omnis factus ab eo qui habet poteſtatem legis cõ
dende habet vim legis. ⁊ num. 6.
4 Pacta facta in ↄctib⁹ ciuitatis habētis poteſtatē legis cõdēde
poſſunt allegari in iudicio contra quoſcunqꝫ, quos ſtatuta ciui
tatis ligant.
5 Syndicus ſi fuit conſtitutus per conciliũ ad obligandum com-
mune, ⁊ populum, ⁊ ſingulares perſonas pro aliquo cõtractu,
ſingulares perſone pro tali contractu poterunt conueniri.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

6 Adminiſtrator ciuitatis recipiētis pecuniā mutuo, qua actio
ne teneatur, ſi pecunia non eſt verſa in vtilitatem ciuitatis.
10 Adminiſtrator in caſu l. ciuitas. qualiter conueniatur.
11 L. ciuitas. diſpoſitio habet locum in omnibus collegijs, q̄ per
alios reguntur.
12 Creditor, qui mutuauit adminiſtratori ciuitatis, probat pecu-
niam verſam in vtilitatez ciuitatis, eccleſie vel minoris. ⁊ nu. 4.
13 Pecuniam verſam in vtilitatem ciuitatis, eccleſie, vel minoris
qualiter probetur.

Ciuitas. a Ex mutuo facto adminiſtrato-
ri ciuitatis, cōuenitur ciuitas, ſi eſt
in eius vtilitatem cōuerſum, alias ipſe adminiſtra-
b tor. h. d. ⁊ eſt bona lex. ¶ Oppo. quod ciuitas b ipſa
obligetur, ſicut obligatur delinquēdo vt ſ. quo met. cauſa. l. me
1 tū. §. animaduertēdū. Pro huius † declaratione debetis aduer
tere, q2 iſta materia eſt quotidiana, ⁊ vtilis, dic quandoq3 acce-
2 pit pecuniam mutuo ipſa ciuitas ſeu † concilium, ꝙ totam ciui
tatē repreſentat, vt no. C. que ſit lon. ꝯſue. ſup rub. iſto caſu pu-
to indiſtincte, quod ciuitas obligetur. arg. d. §. animaduertēdū.
⁊ q2 poteſt ciuitas circa alienationem rerum ſuarum facere le-
gem quā vult. l. prohibere. §. plane. ī. quod vi aut clam. ⁊ iſte cō
3 tractus, † ⁊ omnis alius, qui fit ab eo, qui habet poteſtatem le-
gis cōdēde, habet vim legis. l. Ceſar. de publican. ⁊ l. penu. C. de
c do. inter vir. ⁊ vxo. quod eſt notandū c. Et per hoc dico † q̄d pa
4 cta q̄ apponuntur in cōtractibus, q̄ fiunt cum hac ciuitate poſ
ſunt allegari in iudicio tanquam ſtatuta contra ciues huius ci-
d uitatis, ⁊ ꝯ omnes quos ligarent ſtatuta. Per hoc etiā dico d
5 † quod ſi concilium * facit ſyndicum ad obligandum commune
* ⁊ populum ⁊ etiam ſingulares perſonas, ⁊ res pro aliquo cōtra
ctu communis quod ſingulares perſone ita poterūt conueniri
ſicut ſi de hoc eſſet factum ſtatutum, non enim hoc ex ſolo con-
tractu iure obligationis procedit, q2 cum alia perſona ſit popu
lus, ⁊ alie perſone ſingulares ipſius populi, non poteſt vnus al
6 terum obligare. Sed hoc procedit ex vi legis, quia talis † con-
e tractus habet vim legis e vt dixi. Quandoq3 f non accipit † cō
f cilium pecuniam mutuo, ſed adminiſtrator ciuitatis, vel ſyndi-
7 cus, tunc ſi quidem eſt ei hoc ſpecialiter conceſſum, vt pecuniaz
mutuo accipiat, ⁊ tunc obligabitur ciuitas licet non appareat
cōuerſum in eius vtilitatem. l. habebat. in prin. ī. de inſt. ¶ Sed
ſi erat ei conceſſum, vt acciperet pecuniam mutuo, in certaz cau
ſam, tunc puto quod ſufficiat, quod tempore quo mutuo accepit
pecuniam, aſſerat ſe in dictam cauſam recipere, licet non appa-
reat in illam cauſam eſſe conuerſam, vt ī. de exerci. l. j. §. non au-
tem. ver. ſed ⁊ ſi in pretijs. Et ita videtur ſentire Azo in ſumma
de exercitoria. §. quid ſi ſeruum. ⁊ Inn. in c. ſi. de fideiuſ. q̄d appa
ret manifeſte, quoniam mandatum implet. fuit enim ſibi conceſ-
ſum vt pecuniam mutuo acciperet in talem cauſam, ⁊ hoc fecit. ⁊
8 vltra nō habebat querere creditor. † Quādoque nō habet ſpe-
ciale mandatum ad accipiendum pecuniam mutuo, ſed eſt ei cō-
ceſſa ſimpliciter adminiſtratio ciuitatis, tūc loquitur iſta lex ꝙ
accipiendo pecuniam mutuo, obligetur ciuitas ſi in eius vtilita
tem probetur pecuniam eſſe verſam, alias ſecus. Facit d. l. j. §.
non autem. ſ. alleg. ⁊ C. de ſac. ſan. eccle. auth. hoc ius porrectū.
g ⁊ C. quādo ex facto tu. l. ſi in rem. Facit etiam quod no. g in l. ſi
* pupilli. §. j. in fi. magne glo. ſ. de neg. geſt. * Sic ergo nota ex iſta
glo. quod per adminiſtratores collegij collegiū non obligatur,
niſi in vtilitatem collegij ſit factum. Gloſſ. tamen tenet contra-
rium in l. item magiſtri. ſ. de pac. vbi dicit, quod etiam vniuer-
ſitas ex nō verſo obligatur per adminiſtratores. dic aut loqui
mur de vniuerſitatibus, ſeu collegijs, in quibus id, quod agitur
veriſimiliter nō poteſt ſciri per omnes de collegio, ⁊ in quibus
conſentiunt vt vniuerſi. ⁊ tunc habet locum gloſſ. noſtra: vbi nō
poteſt veriſimiliter ſciri illud, quod agitur per omnes de colle-
gio, ⁊ ſinguli conſentiunt, vt ſinguli, ⁊ tunc loquitur lex contra-
ria: alias non vt in gloſſ. noſtra: niſi ſpecialiter eſſent creati ad-
miniſtratores ad hoc mutuum recipiendum, vt not. in d. l. item
magiſtri. Item hoc habet locum, niſi ipſa vniuerſitas fuerit pre
ſens ad mutuum recipiendum: quia tunc ceſſat ratio huius le-
gis. argu. l. metum. §. animaduertendum. ſ. quod met. cauſ. ⁊ l. ſ.
C. de liber. vniuer. de quo p Inno. ext. de depo. c. j. ⁊ ſentit glo. in
verb. ad finem in l. ſi. in fine. ī. de inſtito. ⁊ no. Azo in ſumma in ti.
* C. de exercit. ⁊ inſtito. §. datur hec actio. * Quero, dicitur hic,
ſi pecunia non eſt verſa in vtilitatem ciuitatis, tenetur admini-
h ſtratores, qua actione h tenentur: Breuiter, † vt puto, ſi quidē
9 ipſi receperunt pecuniam mutuo ſimpliciter vel etiam tanquaz
adminiſtratores ciuitatis, per hoc non excluditur quin etiam
ipſi proprio tuo nomine teneātur ex eodem contractu. Potuit
enim mutuans contemplatione vtriuſque mutuare, quod preſu
mitur in dubio, vt dicta l. ſi pupilli. §. j. ⁊ C. quando ex facto tuto.

d. l. ſi rem. ⁊ hic. Sed ſi expreſſe fuit dictum quod recipien-
tes tanquam perſone priuate non teneantur, tunc non eſt dubiū
ꝙ non tenebuntur. Nam obligatio non obligat vltra animum, ⁊
intentionē ꝯhētiū, vt ſ. eo. l. nō omnis. in prin. Et hoc videt te-
nere Inno. in c. p tuas. extra de arbi. Quid ergo tūc ſiet: Re-
ſpō. Sicut creditor, q vt creditor vēdidit, ad duo tenet, ſcʒ vt ſe
creditorē doceat, ⁊ ſe doceat ceteris potiorē, vt C. credit. e-
ctio. pignor. nō debe. l. j. ⁊ ij. Ita ille, q ꝯhit vt adminiſtrator ciui
tatis, ⁊ ad ciuitatis vtilitatē, debet facere duo ſcʒ ſe adminiſtra
torē pbare ciuitatis, ⁊ ſe ad vtilitatē ciuitatis hoc feciſſe. Si
i ergo nō docet i ſe adminiſtratorē, vel docet ſe minus legitimū
mādatū habuiſſe: ⁊ tūc tenet de dolo. l. q̄dē debitor. ⁊ l. ſi legata
rius. eo. ti. Dolo enim facit aſſerēdo ſe adminiſtratorem, cū non
eſſet. Si vero docet ſe adminiſtratorem, non autem docet pecu-
niam verſam in vtilitatem ciuitatis, puto quod poterit conue-
niri condictione ob cauſam. Fuit enim ei mutuata pecunia ob
hanc cauſaz vt in vtilitatem ciuitatis verteretur, que cauſa ſequu
ta non eſt, vt ī. de condi. ob cau. in l. ſi procuratori falſo, vt pro-
k tū ti. Si vero k neutrum doceret, nec ſe adminiſtratorem, nec
pecuniam verſam in vtilitatē ciuitatis, tunc puto q̄ ſiet ac-
ctio de dolo, ⁊ haberet locum condictio ob cauſam, ... de
dolo cum alia non concurrit, vt ſ. de dolo. l. j. ⁊ ij. C. de dolo ...
facit ad predicta. ī. q̄d falſo tuto. auth. l. j. ⁊ per totū ...
l ¶ Sed quero l practicam huius legis, † quomodo agitur ...
10 adminiſtrationem, vt ſe adminiſtratorem doceat: Reſpon. ...
tero agere primo contra ciuitatem, ⁊ interpellare illā vt ...
o aſſiſtat, o eam inſtruat probādo predicta. C. de euictioni. l. ſi pa
rentes cum duabus legibus ſeq. quod ſi non facit, tunc agetur ꝯ
eum iſtis actionibus, de quibus ſupra dictum eſt. Poſſet etiam
ante iudicis officium implorari, contra talem adminiſtratores,
vt predicta faciat, vt argum. ī. de euictionib. l. in creditore facit
ī. de fideiuſſorib. l. ſi contendat. ⁊ quod ibi not. ¶ Quero, ⁊ ...
intro glo. hec lex loquit in ciuitate, quid in alijs collegijs: Glo.
dicit idem. quam no. Iacob. de Are. contra: quia iſta lex eſt con
tra ius commune: ergo, ⁊c. vt l. ius ſingulare. ⁊ l. quod vero con-
tra. ſ. de legi. ⁊ l. ſed ⁊ reprobari. in fi. de excuſa. tuto. Guliel. de
m Cug. ⁊ Iaco. de But. m videntur tenere ⁊ dicere ꝙ quedā ſunt
collegia, que inuicem in communi omnia tractent ſicut negotia
particularia, vt collegium eorū, qui emunt ſalinas, vel alios re-
ditus ex publico, de quibus habetur ſ. quod cuiuſq3 vniuer. no
mi. l. j. Et in iſtis non haberet locum hec lex: in alijs vero colle-
gijs magis haberet locum hec lex quia eſt eadem ratio. Certe ſi
11 predicta bene aduertatis glo. noſtra videtur velle † ꝙ nō ſit ſpe-
ciale in ciuitate, imo idē in omnibus qui de neceſſitate per alios
reguntur, vt glo. no. in dicta l. ſi pupilli. §. j. in fine magne gloſſ.
Cum ergo omne collegium de neceſſitate regatur per alios, vi-
detur quod in quolibet collegio ſit idem. ¶ Quero, quis ha-
12 bet neceſſe probare † pecuniam verſam in vtilitatem ciuitatis,
vel collegij, vel alterius: Gloſſ. dicit, ꝙ creditor. Sed qualiter
13 hoc probabitur: Dicunt quidam † ſi mutuatum eſt adminiſtra-
n tori, preſente n collegio: ex hoc pbat ꝙ fuerit verſum in vtilita-
tē collegij. quod ſatis placet, per ea que ſupra dixi. ſed ſi mutua
tū eſt ſolum adminiſtratori non preſente collegio, tūc videt ꝙ
ſufficiat probare, quod tempore contractus mutui ciuitas indi
o gebat, o vt l. fin. ī. de exercito. Et hoc tenet Iaco. de Are. ⁊ Cy.
hoc refert in authen. hoc ius porrectum. circa fi. C. de ſacroſan.
eccle. Guliel. de Cug. dicit ꝙ l. fin. de exercito. loquitur in perſo
14 nis non priuilegiatis. ſed perſone † priuilegiate, vt minores, ci
uitas, ⁊ eccleſia, habent hoc plus, ſcilicet quod creditor pro-
p bet hoc vere in vtilitatem perſonarū priuilegiatarū eſſe verſum.
Circa hoc vide Innoc. extra de depoſi. c. j. ⁊ Iac. de Bel. ...
q vt nul. iudic. §. j. in princip. q ⁊ extra de ſolu. c. j. per glo. ⁊ ...
* * Dic clarius ſecundum Guliel. de Cug. in dicta l. fina. ꝙ credi-
tor debet vere probare, quod ſit verſum in rem eccleſie, vel ciui
tatis, vel vniuerſitatis: quia hec eſt cauſa intentionis ... 
hic, ⁊ dicta authen. hoc ius porrectum. Non obſtat l. fi. ... 
citor. quia illi, qui conſtituerunt, ſunt adminiſtratores, qui per
ſe ipſos poſſunt prouidere, ⁊ habent veram perſonam. Hic vero
loquitur in his, qui habent perſonam fictam, ⁊ non veram, ſed
reputatam, qui ſic ſibi prouidere non poſſunt, imo de facili deci
piuntur. argumen. l. mortuo. ī. de fideiuſſorib. In pupillo vero,
licet habeat perſonam veram, tamen in contractu mutui opor-
tet creditorem probare verſum in eius vtilitatem: quia eadem
eſt ratio, que in ciuitate, ⁊ in alijs, qui ſibi prouidere nō poſſunt.
Quod tamen non eſt in alijs contractibus, cum facilius in con-
tractu mutui poſſit decipi, quam in alijs, vt notat tex. ⁊ glo. in
l. j. ⁊ ij. C. ſi aduerſus credito. Nec ſufficeret, ſi epiſcopus, vel ad-
miniſtratores eccleſie, ciuitatis, vel vniuerſitatis, hoc, ſcilicet
quod eſt verſum in vtilitatem ipſarum, confiterentur, niſi etiam
iureiurando manifeſtent mutuum realiter acceptum, vt no. ...
auth. ...

